Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



hominis dominus nomine wilhelmus/ nam et ipse
aderat. vestibus fuisse servum suum cognovit
Et quid afferent ignorantibus. hoc consi
lium placuit potissimum. ut ad sepulchrum
viri dei traderet illum Quod cum factum fuisset.
et multitudine circumstancium orante/ pristinum
recepit vultum/ et oris officium. ac ita usque ad
finem vite sue in servicio degebat fratrum Cu
ius adhuc filia in nostro est servicio Hac
igitur fama magis magisque crebrescente.
petrus rex hungarorum est accensus. qua
li modo posset hoc acquirere/ et in suum regnum
traducere corpus Hec eo meditante. treve
rorum archiepiscopus poppo marchionis frater
a ierosolima rediens/ venit in regnum eius
Quod rex ut audivit. magno gavisus gau
dio/ ad se vocavit. sperans effectum sui desi
derii per eum se inventurum Quod ita est
eciam factum Cum vocatus enim venisset.
sicut utrumque decuit/ regem videlicet et ar
chiepiscopum/ honorifice eum suscepit. mag
nifice habuit. gloriose tractavit Hiis ut
sepe fit inter bonos/ archipresul vicissitudi
nem cupiens rependere. quicquid ab eo desi
deraret/ magna pollicebatur et bona se volun
tate facturum, Hiis auditis/ rex factus mul
tum hylaris. quod animo volvebat/ optimo

Usque huc
legitur 2 choro